



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

vij Quid si sanguis i[n] parte fuerit effusus. aut de calice stillaueru[n]t

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Septimum

- Sol.** hendat venenum esse immissum in calicem
Nullo modo debet sumere nec alteri dare. ne calix vite vertatur
in mortem. sed debet infundere in aliud vas aptum. et ulterius p
cedere modo in precedenti dubio expresso.
- vij** **Dubium**
Quid agendum sit si sanguis effundatur per negligentiam non
ex toto sed in parte. vel aliquid stillauerit de calice
- Sol.** Quocumque sanguis ceciderit extra calicem statim reuerenter re
colligatur discretiori modo quo fieri poterit et in calicem refunda
tur. Si autem nullatenus recolligi possit tunc cito lambatur aut
absorbeat per sacerdotem ne vel defluat vel imbi
batur a re illa super quam ceciderit. Nec obstat si nondum sum
pserit corpus christi. quia necessitas hic cogit ut sanguis sumat
tur ante corpus. ¶ Si vero sacerdos non posset hoc tam celest
riter facere. vel ubi de hoc graue scandalum timeatur si ipse hoc
faceret. tunc potest et debet ministrans ad missam. (si saltem sit dispo
situs ad minus per veram contritionem et propositum confiten
di et cum hoc sit ieiunus et) hoc facere. Et precipue si celebrans
verbo vel signo id iubeat. Et si ministrans non fuerit dispositus
poterit et debet hoc alius dispositus facere. etiam si sit laicus. ne
cessitate ad hoc urgente. Melius est enim id facere quam quod enormis
irreuerentia fieret venerabili sacramento. ut puta canis vel aliud
animal inciperet lambere vel desuper mingere aut quod pedibus calcet.
aut alia homini irreuerentia abhominabilis. pringat. ¶ Si pres
rea sanguis ceciderit in terram vel super tabulam aut aliam homini post
actorem eorum quae iam dicta sunt radat locus quem tetigit et quod abrasus
fuerit purgetur. et cinis intra altare vel sacrarium recondatur. ¶ Si
autem sanguis lintheum altaris unum vel plura tetigerit. fiat post supra
dicta trina lotio illius vel illorum cum aqua munda calice supposito. ut
in illi aqua ablutionis recipiatur. quae postea sumatur a celebrante vel mi
nistrante. Si tamen propter nauseam sumi non possit. recondatur talis ablutio
iuxta altare vel mitrat in piscinam. ¶ Si autem etiam agendum est si super ali
quam vestem consecratam sanguis christi ceciderit vel illa casu aliquo tetigerit
¶ Si autem sanguis super vestem non consecratam ceciderit vel tetigerit post
trina ablutionem factam eo modo quae supra dictum est illa pars vestis rescind
dat et in altari vel sacrario cum alijs reliquijs reponatur. vel illa pars ve
stis igne comburatur. si sacerdoti magis expedire hoc videatur. et ciner
es recondantur iuxta altare vel sacrarium ut supra tactum est. ¶ Tutum
etiam est ut vestis illa super quam sanguis christi ceciderit ad usum potum
non assumatur. sed vestis consecrata cultui diuino apta ex ea fiat vel reco
ndatur vel purgetur. ut supra dictum est. Sicut etiam modo agendum videtur si san
guis christi tetigerit capillos sacerdotis vel ceciderit super barbam eius
¶ Fienda est enim ablutio capillorum eo modo quae supra dictum est de veste. et fiat
abrasio capillorum vel barbe et comburantur et ponantur cineres in sacra
rio. ¶ Si autem sanguis christi tetigerit caput aut faciem vel aliam partem
corporis nudam. sufficit quod diligenter et discrete lauetur et de ablutione fiat
ut supra dictum est de ablutione vestis et aliarum rerum etc.